



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

quo ante illū rex Dania ibi fortalitiū erexit: Perma-  
net loco nomen, vt vrbs Nouāicus dicatur: tunc extra  
urbem, nunc velut in medio conclusus: Tanta est facta  
vrbi accessio.

## CAPVT V.

**A**nnus erat tricesimus quintus post mille ducētos,  
cū Imperator Fridericus tertiam duxit coniu-  
gem Angliæ regis germanam, & mense Augusto nuptiæ  
celebrantur Moguntia. Ibi pater filium suum Henri-  
cum regno destituit, quod grauitè & implacabiliter  
patrem offendisset: eumq; in Calabriam misit asseruan-  
dum, vnde nunquā rediit: Ibi quoquē Otto dominus  
Brunsvicensis & Luneburgensis dominium omne su-  
um posuit in manus Imperatoris: qui renouato titulo,  
ducatum inde erexit, quem inscribi iussit Brunsvicen-  
sem, deq; illo Ottonem inuestiuit, primum eius tituli du-  
cem: nec enim post tempora destituti aui sui Henrici  
Leonis, vllus erat ducatus in Saxonia, præter eum, quem  
destituito Henrico memorato, Bernardus accepit, & ex  
eo nunc tenet filius Albertus. Otto iam dux renouata  
quæstione in urbem Bremam, quam auus eius aliquandō  
possedit, eam cingit obsidione: & extortis inde pecunijs,  
incendijsq; multis factis, rediit: Arcem Ottersberge  
quidam ab ecclesia captam duci tradunt: Sed anno se-  
quenti, facta inter episcopum & ducem reconciliatione,  
quædam feuda donantur ab ecclesia duci: & communi  
vtrinq; consensu, Horneborg & Ottersberg arces euer-  
tuntur: quod alteram teneret archiepiscopus: alteram  
verò dux, in alternum præiudicium. Proximo anno bea-  
ta Elisabeth in Mersburgum translata est, præsentè Im-  
peratore, multisq; principibus, & infinita hominū mul-  
titudine. Per quæ tempora, cū à memoria I. Friderici  
duraret



duraret ciuitatum Lombardia colligantia, Imperator illam rumpere conatus, vrbes eius liga non compotes, sibi deuinxit: Mediolanū, Brixia, Mantua, ac maior Romandiole pars, in his qua vltra Padum ad nos sunt: Verona, Vicentia, Padua, & Taruisium Imperatori relictantur, quibus vrbs Veneta conspirauit: In Friderici partibus Cremonenses, Bergomensesq̄, Parmenses, Regnenses, Mutinenses, & in alpibus Tridentum persistebant: cetera vrbes & oppida Lombardia ac Romandiole, Marchiaq̄, Taruisina, pro varietate fortuna sauebant alternis. Cumq̄ Imperator ex Germania magnum duxisset exercitum, prima Verona, Ecelini viri nobilis opera, concessit Friderico: Inde Mantuanū ingressus agrum, oppida minora cepit, diripuit, & incendit: & Cremonam circumsedens, nouem mensibus apud eam est moratus: ex qua cum esset moturus, obsidendam sibi Mantuam comminatus, flexit in itinere ad Vicentinos: qui ex improviso circunuenti copijs, iniērunt deditiois consilium. Ea q̄ fretus occasione Fridericus, dū vltro citroq̄, commeant oratores, vrbs dolo captam, solenni Calendarum Nouembrium die, diripuit, atq̄ incendit: ad eam tātis p̄er moratus, quoad populatur exercitus, deuasatq̄ Paduanum propinquum agrum: in Taruisinos duxit, circumsessamq̄, cepisset vrbs, nī Patauinus, immisso milite, subuenisset. Dum autem in Taruisina obsidione agit, rescijt Henricum filium, paternam abominatum in ecclesiam impietatem, fœdera cum bello socijs Lombardis constituta habere, quorum primores regni Germaniæ fuere suasores. Itaq̄, veritus, nè ducenti aduersus filium proceres populiq̄ Teutonum aduersarentur, impudentia vsus inaudita, pontificem per nuncios orauit, vt in filium maledictionem distringeret: Pontifex, vt videtur,



detur, fœderis ignarus, concessit literas apostolicas, quarum vi regno subditi Alemanni, patri in filium paruerunt: Vnde factum est, vt antè filius in Apuliam relegatus, tunc à patre iubetur ( vt ferunt ) interfici. Cruentum Imperium, quod suis visceribus non parceret.

## CAPVT VI.

Pontifex autem de Friderici in Italiam reditu apparatus certior factus, Gregorium Montelögum sedis apostolicæ protonotariū ad illum misit, orans, obtestansq; vt si pacem ecclesie vel potius Iesu Christi, si suam ipsius beneuolentiam, quæ proximis diebus in fauore aduersus filium, & vxoria dispensatione, testata fuerit, tanti faceret, quanti sanè Christianus princeps facere deberet: constituta cū Lombardis ab auo suo fœdera, quæ Henricus pater inuiolata seruauerit, impleret. Et cum assensum præstare Fridericus videretur, misit pontifex vnum in breui post tres cardinales: quire infecta, seu potius exasperata, Viterbiū sunt reuersi. Pontificem namq; magis, quàm Lombardos, Fridericus anhelabat deprimere. Priusquàm autem cardinales Lombardia discederent, Fridericus in Montemclarum duxit Brixianorum oppidum, & expugnatum, direptumq; incendit: Brixianos deindè cū non posset trahere in suas partes, duxit in Mediolanenses, qui cum exercitu & impedimentis illi in itinere occurrerūt: pugnatū est vtrinque animis ardentissimis, & spe neutrobique inferiore. Sed quàm primum sanguinem effundi, cadentē sive vtrinque calcari cernerent Mediolanenses, acie plurimum sunt delapsi: quorum exemplo quoq; socij populi, vias in patriam ducentes, vel notas ingrediebantur, vel stantes in acie proximos ita interrogabant, vt viderentur